

ab eo tempore dirutum: atq; solo æquatum. Ut paulo post uidebimus.

## LIBERDECIMVSTERTIVS

**I** Angobardæ gétis calamitates: quibus italiam supra.cc. annos uexauere ad finem perduxisse iuuat: Ingredimur autem tempora longe uenetis difficiliora. Nunq;n. cū Gotthis aut langobardis de salute ac libertate dimicatu. præda aliquando ex uenetis acta: illatum aliquod homi nibus detriméatum: Et gradens patriarchatus uexatus.

Postea ueroq; ciectis italia langobardis. Galli principatum obtinuere: Tūc salus & libertas in ultimum discrimen adducta: Quem autem immodum bellum conflatum: Quidq; Gallicos principes impulerit ad arma uenetis inferenda nunc nobis enarrandum: Si prius de nouo imperatoris delectu: deq; imperii diuisione & diuidendi causa: nō nulla breuiter aperientur. De functo magna cum gloria adriano pontifice leo tertius subrogatur patria & ipse Romanus: haud longe Adriano impar & uitæ sanctitate moribusq; pontificatu dignis: & animi magnitudine. Liberata itaq; ecclesia langobardorum metu: non tamen omnis penitus extincta humana pestis est. La sciuire clerus & maiorem immodum honoribus studere cæpit. Natura si quidem comparatum: Ut postea quam ab externis quies laboribus datur: Intestine seditiones facile obrepant dominandi cupiditate. Cum igitur omnis pene: imperii potestas ad pontificem esset relata: Romanus clerus statim caput extulit. Dumq; labante ut solet secundis rebus cleri disciplina cōpescere illius licentiam: & mores pontifex: intendit. Coniurauere ex clero aliquot audacieores aduersus pontificem: Ut cōfictis criminibus: populo ad illius odium concitato facilius eum de pontificatu deturbent. Sed cum apud plebem magna leo polleret auctoritate: ui agendum rati: ingens sūt adorti nefas: innumeris enim affectum iniuriis cæsum occæcatumq; in carcerem trudunt. Affuit suo pontifici optimus Deus: & diuinum ac memorandum in eo miraculum expressit. Plagas enim curauit: uiires reddidit: & quod maiori omnibus fuit admirationi uisum ei restituit. Quibus a deo beneficiis Leo affectus deceptis custodibus euasit e carcere: & in Galliam ad Carolum est profectus. Reuersus in italiam Carolus per foroijulum: Maximi illi honores habiti. Tota prouincia ad alpes usq; effusa est. Veneti quoq; Duces obuiam illi prodiere comitatu magno. Quibus benigne Carolus acceptis: De impensa nauium ad papiensem obsidionei auxilio: hu